

3553 basis marmorea. Rep. Tibure d. 3 Mart. 1852 nello scavare presso i fondamenti del palazzo Lolli, lungo il vicolo che conduce alla piazza di S. Andrea VIOL. Extat non longe ab eo loco ubi reperta est in impluvio aedium nunc advocati Bellini.

in latere intuentibus sinistro:

DEDICATA · ID · IN 13 Ian.
IVLIANO II ET · CRISPINO 224
urceus · COS ·

HERCVLI VICTORI
CERTENCINO sic
M · AVREL · AVG · LIB ·
ZOTICVS patera
5 NOM · A · CENSIBVS
D · D
GREGORIVS

Recognovi. St. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 14. 54 (inde Henzen 5727) et apud Borghesium opp. 8 p. 332; Canina *edifizj antichi di Roma* vol. V p. 115 not. 20, auctore non laudato.

2 Certencinus cognomen videtur derivatum a loco nobis ignoto. — 7 GREGORIVS vocabulum litteris scriptum est diversis a reliqua inscriptione frontis et minus bonis, sed similibus litteris eis quae sunt in latere basis.

3554 basis marmorea Tibure in S. Vincentii PRIORES OMNES, in aedibus publicis Tiburtium MARIN. VIOL. Ibi adhuc extat frons desecta et muro inserta.

HERCVLI
TIBVRT · VICT
ET · CETERIS DIS
PRAET · TIBVRT
5 L · MINICIVS
NATALIS
COS · AVGV
LEG · AVG · PR · PR
PROVINCIAE
10 MOESIAE · INFER
VOT · SVSCEP

Descripsi. Exhibent Sieder f. 73' (inde Rambertus Patav. f. 139'; Apianus 186, 4); Brunelleschi f. 72'; Accursius ms. f. 5; Pighius cod. Luzac. p. 64, Herc. Prodic. p. 538 (inde Schottus itinerar. Italiae p. 592; a Pighio Smetius ms. Neap. p. 90, ed. 24, 8); Manutius Vat. 5246 fasc. 1 p. 6, orth. 178, 3 (ex Manutio et Pighio Grut. 49, 6); Ligorius Taur. vol. 20 f. 6 (ex Ligorianis Ach. Stadius cod. Vallicell. f. 18); Lupi Vat. 9143 f. 41' a Lesleo; Vulpi Lat. 10 p. 116. qui vidit neque tamen descripsit; Marini ms. Vat. 9127 f. 256; Sebastiani *viaggio* p. 188; Orelli 1551 e Grut., cf. additamenta Henzeni; Melchiorri *saggiatore* 6 (1846) p. 272; St. Viola *decennio* p. 279.

1 ultima littera nunc. deest. — 11 mihi videbatur integer esse; VOTO SVSCEPTO Mar., VOT s... Lup. — Falsum exemplar imperitissime confectum extat in museo Vaticano (*Gall. lap. Dii I*). Descripsit Henzen sic: *herculi. | tiburt. vici. curator. | et. celer. isidis. praet. | tiburt. l. minicius | natalis. cos. aug. iuri | leg. aug. pr. pr. provinciae | moesine. inf. erculi | v. an v.* Exhibet iam Marini ms. Vat. 9124 f. 181.

Idem L. Minicius Natalis Tibure posuit titulum hunc (editum et alibi et Corp. inscr. Gr. n. 5977) nunc adservatum Romae in museo Vaticano: Ἀσκληπίω σωτήρι Λ. Μινίκιος Νάταλιος, ὕπατος, ἀντίπατος Λιβύης, αὐγουρ, πρεσβευτῆς καὶ ἀντιστράτηγος Σεβαστοῦ Μυσίας τῆς κάτω, τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν ἀνέθηκεν. Eidem a Tiburtinis positi sunt tituli infra editi n. 3599. 3600 (in quibus appellatur L. Minicius L. f. Gal. Natalis Quadronius Verus), ubi cf.

3555 ara magna marmorea litteris optimis et pulcherrimis. Tibure in S. Alexandri BRVN. MET.; in collegio societatis Iesu SIRM.; ante ecclesiam S. Symphorosae VVLP. LVP. CABR.; *avanti la chiesa de' pp. Gesuiti* [quae eadem est dicta Symphorosae] SEB. Extat in platea publica ante ecclesiam S. Symphorosae. — Repertam esse inter rudera templi Herculis una cum simulacro Herculis flexo poplite Iovi supplicantis, quod simulacrum memorasse dicitur etiam Zappi ms., primus auctor est VVLP, a quo pendent CABR. SEB. VIOL.

IOVI · PRAESTITI
HERCVLES · VICTOR · DICAVIT
BLANDVS · PR · RESTITVIT

Descripsi. Brunelleschi f. 69; Metellus Vat. 6040 f. 49; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 2 (ex Sirmondi ad Velserum schedis² Grut. 1065, 2); Suaresius Vat. 9140 f. 207; Revillas sched. Berol. et in topographia agri Tiburtini (inde Murat. 1977, 12); Vulpi Lat. 10 p. 120. 212; Lupi in diss. de baptisteriis (*dissertationi* ed. Faenz. 1785 vol. 1 p. 79); Cabral et del Re p. 11; Sebastiani p. 141; St. Viola *giornale arcad.* vol. 105 (1845) p. 325, 128 (1852) p. 331. A prioribus Orelli 1253 cum add.; Mommsen *bull. dell' Inst.* 1846 p. 91.

Vv. 1 et 2 legi in urceolo figulino adservato Romae in museo Kircheriano auctor est Contucius eius musei praefectus apud Muratorium 10, 6; qui urceolus si umquam extitit, recens inscriptus fuerit necesse est.

Titulus nescio quo tempore eradi coeptus est; qua re damnum passa sunt potissimum vocabula IOVI v. 1 et HERCVLES v. 2, praeterea v. 1 P littera in PRAESTITI, v. 2 OR in VICTOR, v. 3 B in BLANDVS. Nihilominus titulus totus legitur, nisi quod alteram E in HERCVLES ego non agnovi. — In latere intuenti sinistro et in parte aversa leguntur tituli medii aevi, ex a. 1138 vel uterque vel certe is qui est in parte aversa, editi vel tractati a Lupio *diss. l. c.*; Lazzeri *della consecrazione del Panteon* (Rom. 1749) p. 31; St. Viola *giorn. arc.* vol. 128 p. 333.

Ut Romae erat ara, quae Iovi Εὐρεσίω, ut ait Dionysius 1, 39, Patri Inventori, ut aiunt Solinus c. 1, 7 p. 7 M. et auctor libelli de origine gentis Romanae c. 8, ab Hercule ex Hesperia reduce propter boves a Caco recuperatas dicata esse dicebatur, ita Tiburtini quoque, ut ex inscriptione n. 3555 apparet, habebant aram quam Iovi Praestiti ab Hercule Victore dicatam esse dicerent; eam aram restituit Blandus civis Tiburtinus, cum esset praetor Romae (noli cogitare de praetura Tiburtina); cf. supra p. 367. Aliquot annis post, idem Blandus, cum in republica Romana iam obtinuisset proconsulatum aliquem, Iunoni Argivae vel fecit vel restituit aram n. 3556. — De Blando dixi ad n. 3576.

3556 Tibure in templo S. Catharinae circa basim eximiam SIED. In S. Catharinae ACC.

IVNONI · ARGEIAE · C · BLANDVS · PROCOS

Sieder f. 75. Inde vel potius ex eodem fonte Rambertus Pat. f. 141'; Apianus 188, 3 (ex hoc Smetius ed. 147, 19 indeque Grut. 24, 11; ex Grut. Vulpi Lat. 10 p. 212); nec aliunde puto Pighius cod. musei f. 22. Ex lapide Accursius ms. f. 2 (inde Mur. 14, 7). Orelli n. 1289.

ARGEIAE Accursius itemque Rambertus et Apianus, sed in codice Mut. Siederus scripsit ARGIAE; ARGEIVAE Pigh. — *Argeia* vocabulum in tali inscriptione, quae fortasse se expressam simulavit ad exemplum vetustissimum, non offendit.